

20-24. Cf. *ibid.* Vol. III, 56-59. — 25-31. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

22. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

23. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

24. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

25. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

26. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

27. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

28. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

29. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

30. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

31. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

32. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

33. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

34. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

35. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

36. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

37. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

38. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

2. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

3. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

4. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

5. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

6. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

7. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

8. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

9. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

10. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

11. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

12. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

13. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

14. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

15. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

16. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

17. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

18. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

19. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

OPERE LATINE

II

1. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

2. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

3. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

4. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

5. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

6. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

7. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

8. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

9. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

10. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

11. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

12. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

13. *ibid.* Vol. I, 11, 19-24.

A) ECLOGAE

1

PHYLLIS

Mopsus, Nisus

- M. Phyllidis et Lycidae celebrant connubia laeti
 Pastores; patula dudum coiere sub ulmo
 Turba puellarum. Per opaca silentia silvae
 Tu solus latitas atque altum fronte dolorem,
 Nise, refers? tu solus abes, nec gaudia comples?
 N. Scilicet, ut dulces cernam faustosque hymenaeos
 Phyllidis et Lycidae, lactos comitemur amantes
 Ad thalamum? o Mopse, o nostrae solatia mentis,
 Excidimusne tibi? nostros an ludis amores?
 10 M. Ergo, Nise, furis! vaesano in pectore primus
 Vivit amor, priscaequae manent vestigia flammae?
 N. Vivit amor, vivetque diu; dum pascitur agnus
 Gramine, dum sacra Daphne maestaque cupressus
 Fronde viret, non fata, meam non flectere mentem
 15 Pauperics poterint, non tristes Phyllidis irae.

2. sub *umbra* α 8. *ob noctra* Ra¹ 9. *Sic perire* tibi? Ra¹ 15. *poterit* α

13. *Daphnis* N N¹

2. sub *umbra* dell.c. stampe è variante d'autore, ma la lez. a testo meglio si giustifica per i suoi rapporti con la tradizione classica: in VERG., infatti, l'agg. *patula* concorda con un sost. indicante un albero, ivi *segetis* (*Eid.* I, 1: « Tityre, tu patulae recubans sub tegmine fagi »), quivi *silvas* 8. La variante di Ra¹ è metricamente improponibile: *d* sarebbe, infatti, breve, laddove il dittongo *ae* è iniziale di piede spondo 11. Per *priscaequae manent vestigia flammae* cfr. LXXXVII, n. 1 13. Correggo la lez. errata di N ed N¹, *Daphnis*, con il femminile delle stampe *Daphne*, concordante con *sacra* (cfr. *Introduzione*, p. 33) 15. Meglio il plurale del singolare *poterit*, influenzato dal vicino *Pauperics*, col quale solo potrebbe erroneamente accordate

M. At quae nam miserum spes post connubia firmat,
Vivida quandoquidem longum spes nutrit amorem?
N. Nulla - fatebor enim - nulla est; sed Phyllida nostram
- Heu nostram dixi Lycidac quam fata dedere -
Non equidem, non sponte sequor: vis numinis instar
Impulit, atque adeo numen. Consistere contra
Quis potis est, Mopsce? heu, nequeo, nec posse iuvabit.
M. Nempe deos labor hic agit, potiat amor
Ut Lycidas Nisusque diu tabescat in igne?
Quo te raptat amor? superos non infima tangunt,
Nec nos cura sumus. Trahimur quo faeda voluptas,
Quo mens cacca ruit divosque effingimus ipsi.
At - bene si memini - te Phyllis amaverat olim,
Muneribus laetata tuis, laetata corollis.

20

« Dulcia - dicebat - modulatur carmina Nisus;
Sunt dulces calami, calamis sed dulcior ipse est ».
Tu mihi narrabas. Quo tandem crimine, Nise,
Posthabitus Lycidac es? nec te formosior ore:
Plus nimio niger ille est, et pede claudicat uno.
Tempora, cum mihiis quondam me Phyllis amaret.
Obvia gaudebat, laudabat munera, dulces
Laudabat calamos, nec nostro laeta labori
Praemia defuerant. O si mens illa maneret!
Gaudia post annum - neque enim pro-duximus ultra -
Mutantur; fraudes fidus detexit Amyntas:
« Falleris, o Nise infelix! te focmina ludit;
Phyllis amat Lycidan; Lycidac tu munera mittis ».
Et vidi et dolui, nec me decepti Amyntas.

25

30

16. *Atque iam Ra¹, iam B¹* 24. Lycidas, Nisus *atro* tabescat *incani* α. 25. *Quir*
α; amor? non haec *plia* *nitamina* *curant* α 26-27. Versi omissi nelle stampe
formosior ille α 36. *quam Phyllis* quondam *me mihi amabat B¹*, cum *Phyllis* quon-
dam me dulcis amabat Ra¹ 37. munera, *leser* Ra¹

40

18. Per *fatebor enim* in seconda sezione del verso cfr. VERG., *Ecl.* I, 31: « Namque-
fatebor enim-dum me Galatea decebat » 21. *Consistere contra*: similmente LUCR.,
De rer. nat. I 67: « Est oculos ausus primisque obsistere contra » 23. Chiaro il
ricordo di VERG., *Aen.* IV, 379: « Scilicet is supercis labor est, ca cura quietos »
36. Più classica in lez. espressa da N con l'agg. *mihi* preposto al sost., a sua volta
separato da caso da alcune parole e immediatamente precedente il verbo 37. Per
l'uso dell'agg. *obsistere* (che meglio di *leser* tende la soavità sonora dei « calami ») in unione
con *calamos*, cfr. v. 31

45 Vidi ego saepe meam venientem mane capellam
Id mulctram Lycidac; Lycidan mea scrta gerentem
Et vidi et dudum patior. Patiamur oportet;
Cogit amor, cogunt et tristes Phyllidis irac.

50 Sed quid ferre iuvat, si, cum mea gaudia posco,
Abnuit atque, iram simulans, causatur iniquas
Pastorum linguas et duri iussa parentis?
Et tamen, ut Lycidan satiet, nil curat iniquas
Pastorum linguas nec duri iussa parentis.

M. *Mobilior ventis mulier, fallacior umbral*
Nempe sapit felix o terque quaterque Menalcaas,
Qui genus invisum teneris vitavit ab annis.

55 Heu, quaenam te, Nise, - malum - dementia cepit?
Non scriitur planta infelix, nec inutilis arbos;
Nec colitur tellus, quae non promittat aristas.

60 Excute damna, dolos; si non vult Phyllis amari,
Haec si pro meritis tantis ingrata reponit,
Invenies aliam. Vicina est candida Iole,
Et propior Donace, qua non formosior ulla est.
Hanc sequere: et pulchra est et fallere nescit amantem.

65 Forsitan aequales tacito sub pectore flammam
Invenies. Iam crede seni; non somnia fingo.

49. *quam B¹* 52-53. Versi omissi in Ra¹ 53. *et duri* α 57. *cepit Ra¹* 60.
Excute corde dolos α 61. *Nec si quid meritis* α 63. *propior Amata* α 65.
Forian Ra¹

46. *mulctram N¹* 58. *truncum infelix N* 63. *propior N¹*

46. Per *mulctram* di N¹ cfr. *Introductions*, p. 34, n. 46 52-53. Per l'omissione dei versi
in Ra¹ cfr. *Introductions*, p. 38; preferibile risulta, poi, la lez. a testo *nec* rispetto alla
variante delle stampe *et*, per la coordinazione con *nil* del v. 52. 54. *Mobilior ventis*
mulier: cco di VERG., *Aen.* IV, 569-570: « Ille age, rumpe moras. Varium et muta-
bile semper/femina'... » e F. PETR., *R.* v. f. CLXXXIII, 12: « Femina è cosa mobil per
natura »; così anche G. DI TARSA, *Rime* XXX, 13: « femina e cosa mobil per natura »
57. Inaccettabile la variante di Ra¹ per il valore intransitivo che assume il *cepit* nel
contesto della proposizione e per l'impropria resa semantica 58. Per la sostituzione di
truncum di N con *planta* di N¹ e delle stampe, cfr. *Criteri di edizione*, n. 112 61. Pre-
feribile il costrutto *Haec si pro* alla lez. espressa dalle stampe, perché il verbo *reponit*,
nel senso di « contraccambio », anche in poesia regge il *pro* e l'abl. (VERG., *Aen.* XII,
878: « magnanimi Iovis. Haec pro virginitate reponit? ») 63. Per *propior* di N¹ cfr.
Introductions, p. 31, n. 43 64. *et fallere nescit amantem*: calco del secondo emistichio
di VERG., *Aen.* IV, 296: « - quis fallere possit amantem? - »

N. Mutabit natura vices: pendebit ab ulmo
 Ficus et in nigra pallescent ilice poma.
 Acquora arare boves, pascentes gramina pisces,
 Mopse, prius cernes, nantesque per aëra barros,
 Quam meus hic mutetur amor. Stat fixa voluntas:
 Prima fuit nostri dulcissima causa doloris,
 Ultima Phyllis erit, dum spiritus hos reget artus.
 At lacrimas tu sperne meas, pulcherrima Phylli,
 Sperne preces, sanctamque fidem, suspiria rictu.
 Despicias tu saeva licet; despectus amabo,
 Et vanas levibus vocis iactabimus eurtis.
 Quo mea sors abiit? cum me per devia silvae
 Venantem celeri quaerebas anxia gressu,
 Cum reduces mollique solo viridique sub umbra
 Crathidis ad ripas fessi requievimus ambo.
 O felix requies! calamis dum carmina iungo,
 Mollia saepe meo iungebas brachia collo;
 Saepe meos - memini - rumpebant oscula cantus.
 Quid meruit Lycidas? quid nos peccavimus? ille
 Ille ego sum Nisus, qui praec te pascua, campos
 Deserui, et iam bis quatuor numerantur aristac.
 Ille ego sum Nisus, qui insomnes ducere noctes
 Assuevi, ut nostro dormires, perfida, cantu.

70

75

80

85

67. In Ra² il discorso di Niso inizia con altri due versi occupanti, per le lacune precedentemente registrate, i vv. 63-64: *Oineros Bretti valles et culta Terinae; Pinguis Bisenctis perfundet longius unda*. Indi prosegue con *Mutabit natura...* 68. *Passescent* α 69. *amare* α; *graminus* α 71. *fixas* Ra¹ 73. *regit* Ra¹ 74. *Phyllis* α 85. *quid nam peccavimus?* Ra¹ 86-87. Versi omessi in Ra¹ 87. *bis ter* Bt

86-87. Versi omessi in N¹

67. Le incasatezze topiche contenute nei vv. 63-64 di Ra¹ introducono le anomalie della natura, quali risultano dalle varie esemplificazioni riportate successivamente a partire dal *Mutabit natura...* Il fiume Ocinaro, detto oggi Savuto e ricordato anche da Licofrone nella sua *Alessandra* (vv. 729, 1009), bagna, infatti, i campi di Terina e non le valli di Bretto, dalle quali, invero, scorre il Busento. 69. Ugualmente ricevibile l'abl. di *graminus* delle stampe, ma l'acc. dei mss. ricorda più strettamente il *malva gramina pastus* Cfr. Verg., *Aen.* II, 471: «*qualis ubi in lucem coluber mala gramina pastus*» 69-70. 74. Giusta per il vocat. sia la lez. delle stampe, sia quella di N: *Phyllis* rappresenta, infatti, l'adattamento alla declinazione latina di un sost. greco (*Phyllis-Idae e-fidis* da *φυλλίς*), mentre *Phyllis* segue la declinazione regolare latina 86-87. Cfr. *Introduzioni*, pp. 30 e 38

90

Quid memoro ulterius? celso non fulsit Olympo
 Ulla dies, quae nostra tibi non munera ferret,
 Sive haedus placuit, seu felix ubere mater;
 Scificet ut Lycidae vacuum impuleremus ovile.

95

At Lycidas ille est - rosti - quem brachia vinctum
 Deprensam in furto nudum risere puellae.
 Num pecoris dives? num culta novalia sevit?
 Num calamos inflare leves, num carmina novit?
 Num terret iaculo volucres? num denique pulcher?
 Te tamen - heu miserum - hic Lycidas amat, et Lycidan tu.

100 M. O quo, Nise, fugis? coeptas ne rumpe querebas.

N. Quo me fata vocant et tristes Phyllidis irae.

91. *ad te non munera vidit* B¹, *ad te non munera misit* Ra¹ 95. *didum* α 96. *terit* Ra¹.

90. *fluxit* N¹ 97. *Nisi calamos inflare leves, nisi carmina novit?* sostituisce in interlinea in N un verso reso assolutamente illegibile dai numerosi tratti di penna che l'annullano; in N¹ il verso è omesso.

90. Per *fluxit* di N¹ cfr. *Introduzioni*, p. 31 91. L'espressione *tibi non munera ferret* è da prediligere per il congiuntivo introdotto dal relatt. *quae*, che ha una sfumatura consecutiva. Ammissibile anche *ad te non munera vidit*, ma non *ad te non munera misit*: il *quae* in quest'ultimo caso, infatti, rimarrebbe privo di predicato e potrebbe solo giustificarsi come agg. indefinito concordante con *nostra* o *munera*, con l'assurdo di due proposizioni principali di significato diverso 97. *calamos inflare leves*: cfr. Verg., *Ecl.* V, 2: «*tu calamos inflare levis, ego dicere versus*»; per l'omissione registrata in N¹, cfr. *Introduzioni*, p. 30.

2

SAYON

Mentalas, Corylus

M. Heu, tandem postquam longos erravimus annos,
 O Coryle, ad silvas et dulcia Crathidis arva
 Venimus et veitiam licuit contingere terram;

3. *contigere* N¹

3. e 4. Per *contigere* e *nos duras* di N¹ cfr. *Introduzioni*, p. 31, nn. 42 e 45

- Atque utinam tetigisse iuveni! fera iurgia, necdum
Forsitan extinctas horremus Phyllidis iras.
- 5 C. Augurium quid triste facis? nullusne dolori
Finis erit? flecti, heu, nimum nimumque dedisti
Poenarum, seu Phyllis erat, seu Iuppiter hostis.
Nunc patriis agram laribus solare iuventam;
Intermissa diu redeant venabula silvis,
Et vacuum curis ducamus amaris.
- 10 M. Sic amor est, modo fata sinant! quid non rapit aetas,
O Coryle? haec nemora, hos saltus collesque virentes,
Vix memini; at lucum nunc teneo, longumque tenebo;
Oscula mellitis felix hic prima labellis
Surrupui, huic — memini — platano mea furta notavi.
- 15 C. Quo incautum duxere pedes? o flecte, Menalca,
Flecte iter, et miseri viternus Sayonis urnam
Et circum volitantem animam. M. Quin perginus ultra?
Herbida prata vides umbrosa que tegmina silvae
Et prope labentes taciturno murmure lymphas
Crathidis auriferi? agnosco flexusque sinusque
Et salicum longo praetextas ordine ripas:
Illic invenies errantem forte iuvenecam.
- 20 25. C. Vanus erit labor. Horrendis miserabilis umbra
Terret imaginibus pecudes pecudumque magistros.
Iamque informe solum — felicia pascua, quondam
Faunorum sedes — pastor fugit et pecus omne,
Quin volucres ipsaeque ferae satyrique bicornes.
4. *nec diem* Ra¹ 6. *nullus*, *ne* Ra¹ 10. *rediens* B¹ 11. *ducamus* α 12-15. Ra¹
aggiunge due versi dopo l'undicesimo e non registra il v. 14 dei mss. c delle altre
stampe. Diversamente perciò reca:
A. Fretum usque Laum quot iacent castra, quot urbes!
Omnia deficient-miscr-heu, quid non rapit aetas.
M. Sic amor est, modo fata sinant! Hic testis amoris,
O Coryle, hic saltus primi, collesque virentes;
Oscula mellitis ...
16. *platano-memini-α* 20. *silvae* Ra¹ 15
4. *nec diem* N¹ 9. *laribus* è aggiunto su N in interlinea 23. *praetextas* N,
per *lapsum calami*
10. Per *rediens* di B¹ cfr. *Introduzione*, pp. 57-58 12. Chiara nell'espressione *A Fretum*
usque Laum di Ra¹ l'allusione ai confini meridionali e settentrionali della Calabria
17. L'interrogazione *Quo incautum duxere pedes?* risente, sia pur lontanamente, di VARG.,
Ecl. IX, 1: « Quo te, Moeri, pedes? an, quo via ducit, in urbem? »
- 30 M. Visa refers, Coryle? C. Haud equidem tantum hausimus: Alcon
Testatus sacramque Palcm falcinque Priapi
Narravit, pastorum unus non territus Alcon.
M. Dic age — namque vacat — tristis quae causa malorum?
Quidve sibi levis umbra velit? quid turpis imago?
35 C. Altius haec repetam, si quando audire iuvabit.
Pauper erat Sayon et parvi cultor agelli,
Pinguia cum cani curaret ovilia Mopsi;
Vix notus pastor, luscae despectus Erinae,
Despectus silvis, Mopso gratissimus uni,
40 Servitio sive ore magis; nec vile laborum
Fert pretium. Haeres longaevi post funera Mopsi
Scribitur. Insurgit iam dives; iam sibi Sayon
Mulget oves numeratque suos per prata iuencos:
Omnia divitiae sunt. Quid non aere, Menalca,
45 Quaesieris? pulchrum tunc norunt Sayona silvae,
Tum calamis doctum; certatim arsere puellae:
Et Donace, et lasciva Cloe, et dulcis Galatea,
Et Crocale subnigra comas, et fulva Amaryllis.
Haec tandem placuit, quamvis modo nupta Myconi;
50 Nec mora: cum primum licuit, sanctissima lecti
Iura maritalis violant et gaudia complent.
Haud impune tamen: non tuta valle cubantes
Forte Mycon, timidi relegens vestigia cervi,
Depreudit misero; externo laesus amore,
55 Saevit inops animi iuvenemque obruncat inermem.
37. *quam* B¹ 41. *preciam* B¹ 44. *divitis* Ra¹, *divitibus* B¹ 45. *iam* norunt α
46. *Iam Calabris celebrans* Ra¹, *Iam calamos celebrans* B¹ 50. *quam* B¹ 52. *nam*
tuta α 54. *ferentis* Ra¹.
45. *iam* norunt N 46. *Iam* N 48. *Crotalis* N N¹.
44. Ugualmente affermabili le lezioni di Ra¹, *divitis*, e di B¹, *divitibus*, ma il *divitiae* dei
mss. è da prediligere in quanto conclude con chiara evidenza il pensiero espresso negli
enunciati precedenti, acquistando, nel contempo, una funzione esplicativa degli
stessi 45-46. Per le sostituzioni dell'avv. *iam* di N e delle stampe con *tunc* e *Tum*
di N¹, cfr. *Criteri di edizione*, n. 112 48. Correggo l'evidente *lapsum calami* di N ed N¹
nella lezione giusta espressa dalle stampe (cfr. *Introduzione*, p. 33). 52. *nam*: variante
nata da un intento esplicativo, a completamento del senso del costrutto *Haud impune*
tamen 55. *Saevit inops animi*: emistichio tratto da VARG., *Aen.* IV, 300

60 Brachia vix collo aptabat, vix prima papillis
 Oscula figebat Sayon, cum fervidus haesit
 Pone latus mucro lascivae vincula solvit.
 Occidit infelix, rursusque amplexus amicum,
 Ut licet, extremas fundit cum sanguine voces:
 « Pars animae dilecta meae, formosa Amarylli,
 Cara Amarylli, vale! laetissima tempora quondam
 Viximus; ulterius prohibent fata, invida fata.

65 Quandoquidem sic posse mori dedit alma Dione,
 Non equidem invitus caelum hoc lucemque relinquo,
 Longa nec invidio Faunorum saecula vitae.
 Tu mihi, tu praesens, languentia lumina condens;
 Lux mea, si quicquam merui, tu crine soluto
 Advenies structura rogam, mediaque favilla
 Ossa leges flendaque diu servabis in urna.
 Haec iubeat pietas et mutua foedera flammae.

70 Pauca haec ipse rogo — o teneas suprema rogamus —;
 Iuratam ne frange fidem, nostrisque superstes
 Sis memor, aeternumque vale, formosa Amarylli ».
 Sic ait et trepidae gremio collapsus amantis,
 Dulce laboranti nomen submurmurat ore.

75 M. Fortunatè puer, cui vita laetior ipsa
 Mors fuit; o tantum misero mihi fata dedissent!
 C. Poeniteat votisque cave potiare, Menalca.
 Quis furor aut deus infelicia Sayonis ossa
 Vexct, adhuc necsis, et sontem torqueat umbram?
 M. Ergo cadaveribus vivens cinerique sepulto
 Tune aliquid superesse putas? aut semina rursus

56. prima *labelli*: Ra¹ 57. *quam* B¹ 60. Verso omesso in Ra¹ 72. *Parva*
 a; — *te non* suprema rogamus — a 80. *infelicia* Ra¹ 82-83. Ergo *interentis* umbrat,
 cinerique sepulto / *Nina*, *Coryle*, superesse putas, et *frigida circum* Ra¹

56. *aptabat* N N¹ 57. *figebat* N¹ 63. *impia* fata N¹
 56-57. Cfr. VERG., *Aen.* II, 687: « cum dabit amplexus atque oscula dulcia figet »;
 correggo, poi, gli evidenti *lappas calami* di N ed N¹ nelle lez. giuste espresse dalle
 stampe (cfr. *Introduzione*, p. 31, n. 42 a p. 33) 60. Cfr. VERG., *Aen.* II, 532: « con-
 cidit ac multo vitam cum sanguine fudit » 63. Per la sostituzione di *impia* di N
 con *invida* di N¹ e delle stampe, cfr. *Criteri di edizione*, n. 112.

85 Fortunae passura vices? sed perge labores
 Nec nece, nec tumulo exhaustos discamus acerbos.
 C. Flent silvae facinus; flent dira sorte peremptum
 Pastores, lateque sonat nemus omne quetelis.
 Sola, Amarylli, siles mutoque simillima saxo
 Nec lacrimas, nec verba refers; prohibetque dolorem
 Ipse dolor. Cur non misero pia munera solvis
 Quae pietas, quae iussit amor? cur frigida saltem
 Basia non rapis, et vultu satiatis amico?
 Muta manet, mansura diu.

84. *Ossa pavers viros? sed perge* *fiorentes* Ra¹, *perge* *ferentes* B¹ 85. *Nec non*, tumulo
 exhaustos *narrans labores* Ra¹, *Nos nece, non tumulo exhaustos narrare labores* B¹ 86.
dura sorte a, peremptum Ra¹ 89. *inhibetque* dolorem a.

89. prohibetque dolorem N] inhibetque dolorem.

84. Metricamente inaccettabile risulta la variante proposta da Ra¹: il verso, in
 fatti, si presenta privo di almeno due sillabe, che dovrebbero costituire la fine del
 terzo e l'inizio del quarto piede con cesura epentimica.

B) CARMINA

3

Ad Ianum Andream in patriam proficiscentem

Dulcis alumne veni, generis spes altera: mundi
 Deliciae nimium, heu nimium, te Bruttia tellus
 Deinet obscurum. Secuit bis messor aristas,
 Bis colles texcte nives; nec currus anhelam
 Solatur patriam, reducem nec cernimus alnum.
 Quo tantae tenere morae? quae causa morandi est?

5

Titolo. In Ra¹: *Ad Ianum ab Andrea in patriam ... ut Neapolim redeat*; in B¹: *Ad
 Ianum ab Andrea in patriam ...* 1. *altera docti*: Ra¹ 2. *Delitiis a; Bruttia a* 5.
 cernimus *ultra* Ra¹ 6. *Quae a; causa a*; omissione di *est* in a.

6. La lez. delle stampe segue più da vicino il « quae tantae tenere morae, quibus,
 Hector, ab oris » di VERG., *Aen.* II, 282; l'omissione nelle stampe, poi, della voce
 verbale *est* non presenta riflessi di ordine metrico

10 Non te divitiarum molles, fascesve quietum
Sollicitant: atrocem animum fortesque Catonis
Intus alis mors. Infelix ambiat alter
Turgidus et vitio partos ostentet honores:
Sat meruisse tibi.

15 Acria iam dudum plati responsa quiescunt,
Nec licet arcanas rerum cognoscere causas.
Iura silent: Latiumque iterum foedavit inepta
Barbaries. O rumpe moras, primumque dolenti
Redde decus patriae! patriam quis linquere dulcem
Audeat atque alio vitam traducere caelo?

20 Pone metum questusque graves, venerabilis altrix,
Anxia Parthenope: iam votis annuit aether.

— Heu nimium facilis — tristes solabere curas.
Scilicet invisos carus iam deserit hospes

25 Brettium fines; Tyrrhenas iam secat undas
Pars melior nostri et nostrae solatia mentis.
O cohibete minas turbantes sequora venti:
Ferte truces alio, si quas pater Aeolus iras

Excitat. Huc zephyri mites auraeque tepentes
Sternite molle fretum; leni placidoque susurro
Caerula felici submurmure unda phaselo.
I Iane, i felix — rident en gurgite fluctus —

30 Quo te fata vocant et longo examine curae.
Prima tibi complere vices partesque tucri
Absentis domini et fontes arcere rebelles.
Mox graviore toga longos imitanda per annos
Iura dabis, placidas regni reclusus habenas.

7. Non tibi α; *fascesque medietum* α 8. Sollicitant *animum*: *tristi nec mente susperbo* α
10. Turgidus Ra¹ 12. Acria en *didam* α 13. causas α 20. faciles Ra¹ 25.
si *sestras* Aeolus Ra¹ 26. Excitat. *Heu* Ra¹, *Ianus* B¹ 28. *Caerulea* Ra¹; *submurmure*
rat B¹ 32. *rubiles* Ra¹

12. *iam dudum* N 14. *Iura* N

13. Il secondo emistichio del verso è tratto da VARG., *Georg.* II, 490: « Felix, qui po-
tuit rerum cognoscere causas » 23. *nosiras solatia mentis*: cfr. 1, 8 24. Per *tur-
bantes sequora venti* cfr. LUCK., *De rer. nat.* II, 1: « Suave, mari magno turbantibus aquora
ventis » 28. La lez. espressa da Ra¹, *Caerulea*, è metricamente inaccettabile; la lez.
a testo *submurmure* è poi preferibile al presente *submurmure* di B¹ per il legame stabilito
tra il congiuntivo esortativo e l'imperativo *Sternite* del verso precedente (cfr. altresì
Introductiones, pp. 57-58)

35 Haec voluit, numquam parvo contenta labore,
Iustitia atque altum gemitu compellat Olympum.
Non sinat errantes mundo vilescere leges,
Et viduas dudum tanto sessore curules.

40 Ergo age, ne superis pugna; non viribus impar,
Sors tibi praebet onus, nec tot discrimina rerum
Immensum implebunt animum. Tonet aurea tandem,
Vox magnis metuenda viris et fascibus olim
Despectus reddatur honos. Iam curia plaudit
Adventum testata tuum; iam lacta resurgunt

45 Tempora, Romuleis forsant latura pudorem.
Post fasces curasque togae te, Iane, laborum
Grata manet requies; haec poscit praemia virtus,
Impetrat a superis haec diva. Sed, heu! pede claudo,
Infelix virtus, optatae ad gaudia vitae

50 Sera venis! ventura tamen, modo ferrea durent
Saecula, nec iubeat pciorc rigere metallo
Iuppiter. At tu, sive fori clamosa sequare
Iurgia, seu caros inter dulcesque sodales
— Laeta quies animi — felices egeris annos,

55 Vive memor nostri atque animo haud ingrata recuset
Nostria fides sociumque precor per saecula vivat
Foedus amicitiae: virtus pia foedera sanxit.
Iamque vale! mea me tellus et mollia fulvi

60 Crathidis arva tenent; sic rerum ferreus ordo
Iusserat: obscura hic nullique infensa paramus
Ocia, quemque dabit cursum fortuna sequemur.

35. *voluit* B¹ 37. *Nec iunit* Ra¹ 38. tanto *terrors* α 42. *fortibus* olim α
48. *Impetrata* superis haec: *diva*; α 52. *Iuppiter* Ra¹ 53. seu *claras* α 55. *recu-
ret* Ra¹ 60. *obscuri*, *nullique* α; *paramus* α 61. *debit* α; *signamus* α

36. *Iustitia* N 37. mundo N] *didam* 41. Tonet *sex* aurea N¹ 50. Su N in
Iamen e modo si trova una *f*, evidente anticipo dell'iniziale di *ferrea*, cass. con un tratto
di penna.

41. Per l'aggiunta di *sex* in N¹ cfr. *Introductiones*, p. 31 48. La diversa inter-
punzione nelle stampe è derivata dall'impropria lettura della lez. a testo *Impetrat a*,
travistata in *Impetrata*, per cui *haec* è diventato soggetto e *diva* vocativo, ma è la virtù,
personificata in divinità, ad ottenere dagli dei i suddetti premi e non già gli stessi sono
stati conseguiti per gli dei 61. Cfr. VARG., *Aen.* IV, 653: « Vixi et quem dederat
cursum fortuna peregi ».

Cum volet, immitis rumpat fatalia Clotho
Stamina: non animo telum patiemur iniquo,
Nec vitam optamus, nec dulci tollimur aevo.
Scilicet impavidum ferient fata aspera, nec me
Iampridem invisam lucem liquisse pigebit.

65

62. *Quom velis* B¹, *velis* Ra¹ 64. *dulci pellimur auro* α.

4

Lacrimae Cratibidis

Ite meae, quondam felices, Cratibidis undae,
Ite salutarum ferali murmure pontum.
Ponite iam dulces, vitreos iam ponite honores
Et nullas posthac nostro de fonte salubres
Hauriat hospes aquas. Virides quas texerat alnus
Ipse comas ponam; auriferas linquamus arenas,
Linquamus tandem: mutantur et aurea nobis
Saecula et in terris numquam reparabilis aetas.
Cernite funereas pompas et nobile saxum,
En breve carmen, Hispani Iovis urna Philippi.
Huc decus Austradium et gemini solatia mundi
Transtulit atra dies et non mutabile fatum;
Ferreus vis fati! ne me suprema dolentem
Deficite, o lacrimae, neu tristes linquite voces.
Hic iuvat erepti regis magnique parentis
Flere vices; iuvat hic miseris longisque querelis
Compellare deos. Quas incestavimus aras?
Quo scelere infames caelestes movimus iras?

10

15

Titolo. In Ra¹: *In funere Philippi IV, regis Hispaniarum*; in B¹: *Lacrimae Cratibidis*
1. *felices undique lymphas* Ra¹ 3. *iam vitreos*, *vitreos* α 4. *nullas* Ra¹; *nostror* Ra¹
8. *numquam* B¹ 10. *Fit* breve α 13. *ne* me Ra¹ 18. *infant* Ra¹

3. *iam* ... *iam* N 8. *numquam* N.

1. Il verso riecheggia VERG., *Ecl.* I, 74: «Ite meae quondam felix pecus, ite ca-
pellae» 4. Le let. di Ra¹, prive di alcuna giustificazione di riferimento internc, vanno
unicamente intese come refusi tipografici. 12. Il primo emistichio del verso richiama
l'emistichio di VERG., *Aen.* VI, 429 e XI, 28: «abstulit atra dies ...» 13. Per la va-
riante di Ra¹ cfr. *Introduzione*, p. 58.

Saepe acquata solo et nusquam mea moenia vidi
Stare diu: nunc barbarico cessere furori,
Nunc terrae sensere minas; mox extulit atra
Signa cruenta lues populataque flevimus alta
Tecta virum vilesque casas. En ultima caelo
Praecipitat clades et lamentabile semper
Exitum. Iam cedo malis; piget, heu piget, ultra
Usque adeo invisam superis producere vitam.
Immortalis ego? en tua tristitia dona recuso,
Iuppiter, et me seu rupta tellure profundum
Excipiat barathrum, aut lucem currusque paternos
Rursus agat Phaëthon et flammis torreat orbem.
Hactenus est vivisse satis? sic aurifer annis
Bruttium fatus, medio caput abdidit alvo.

20

25

30

25. *Temp* cedo α 26. *Atque* adeo *invisum* superis producere *cursum* Ra¹ 31.
Hactenus, *hest*, Ra¹.

22-23. *alta/Testia*: cfr. HOR., *Serm.* I, V, 103: «tristis ex alto caeli demittere tecto».

C) ELEGIÆ

5

Ad Cynthiam

Tuta per indomitos i, dulcis Cynthia, campos
Oceani, nec te terreat unda vorax.
Horrendum rutilat caelo nimbosus Orion
Et turpi resonat murmure Scylla ferrox.
Non vobis roctura parat fera buccina Nerei
Proelia, non vobis sidera triste micant.

5

3. *rutilat* Ra¹, *quomps* caelo B¹ 4. *Fulgat et veris* *Scylla minietur aquis* B¹, *resonat* Ra¹

3-4. Le varianti delle stampe sono ugualmente pertinenti: B¹ rende esplicito attra-
verso il *quomps* il valore concessivo dei congiuntivi *Fulgat* e *minietur*, che in Ra¹ tro-
viamo espressi senza la congiunzione e nelle forme *rutilat* e *resonat*

- 10 Equid formosae poterunt peccare puellae
 Quo gravis insurgat vindictis ira Iovis?
 Palleat infamis turbato navita ponto
 Et pigeat rabido vela dedisse noto.
 Sordidus, horrescat sidus mercator iniquum,
 Nudus et in vacuo littore quacrat opes.
 Cynthia, lux mea, tu placida portaberis aura,
 Tu tibi non laevum lumen et omen eris.
 15 Cypria felici praetendat carbasa cymbae
 Rector et aurata puppe sedebit amor.
 Iam patriae fines, iam dulcia prospicis arva,
 Iamque premis molli littora cara pede.
 20 Parcite solliciti lacrimas iterare parentes:
 Expectata diu Cynthia sospes adest.
 Currite ad amplexus, tenero dato brachia collo,
 Figite purpureis oscula casta genis.
 25 Dicitur « io Paeon », nuptiae inruptaeque puellae,
 Ducite festivos turba pudica choros.
 Tu violas, tu sparge rosas, tu candida misce
 Lilia; vos nitidis texite certa comis.
 Vos album signate diem meliore lapillo,
 Sacraque votiva splendeat ara face.
 30 Abstineas tu lena tamen; tu carmina divis
 Sacra profanato gutture ne viola.
 - Mc miserum - timeo ne quid submurmuret auri,
 Munera neve sinu callida portet anus.
 Cynthia, per nostros, si quid meruerit, dolores
 Oro per et veteris candida iura facis,
7. *Quisquid* B: 8. *Non gravis insurgit* B: 10. *rapido* a 11. *iniquum* Ra¹ 12.
litore B: 14. *non laevum* B: 18. *littora* B: 19. *lacrimas iactare* B: 29. *tu cara*
 tamen B: 30. *profanato ne simul ore canas* B: 31
29. *lena* N] *lena*
10. Poeticamente più incisivo, perché personificato, risulta l'agg. *rabido*, « rabbioso », espresso da N contro *rapido*, « voracioso », delle stampe 17. Cfr. *Verg.*, *Ecl.* I, 3: « nos patriae finis et dulcia linquimus arva » 21. Molteplici sono i richiami per l'espressione *dato brachia collo*: *Verg.*, *Aen.* VI, 700: « Ter conatus ibi collo dare brachia circum »; *Ov.*, *Met.* I, 762: « Dixit et implicuit materno brachia collo » e IX, 605: « Invito potui circumdare brachia collo ». 23. Per le ultime due parole del verso cfr. il secondo emistichio di *Verg.*, *Georg.* IV, 476: « magnanimum heroum, pueri innuptaeque puellae »; cf. altresì *Ov.*, *A. A.* I, 1: « Dicitur io Paeon! » et 'io' bis dicitur 'Paeon!' ».
- 35 Extremas ne sperre preces. Fuge garrula vulgi
 Colloquia, hinc semper damna pudicitiae.
 Seu tclam signabis acu, seu stamina fuso
 Lenta trahes, matrem vix adhibe sociam.
 40 Sic sanctam servasse fidem per saecula fertur
 Penelope et longas perdomuisse moras.
 Nocte sub obscura si te vox excitet ulla,
 Teque vocet dulci murmure blanda chelys,
 Adde seras foribus vocemque audisse canentis
 Dissimula et vacuo surda quiesce toro.
 45 Terribilis videre proci. Si forte rogabunt
 Saltem oculos, oculos tu quoque parca nega.
 Deficiet tunc sponte sua male coepta cupido;
 Scilicet in cassum nullus amare volet.
 Restat adhuc superanda tibi fraus una, sed illa
 Cui nec caelestis Cynthia resisteret.
 50 Est hominum genus invisum cui nomen ab uno
 - Millia cum vivant - vulgus habere dedit.
 Dissimiles genti mores: pars tonsa capillos,
 Pars intonsa comis hispida colla tegit;
 55 Calvitium affectant alii qua summa cerebri
 Ossa vigent, alios per medium ire iuvat;
 Pars hircos imitata gerunt ad pectora barbam,
 Pars barbam exosi vellera dura secant;
 Ornatu varii, nec vestis concolor usus:
 60 Pars grave, pars fluxum, pars leve portat onus;
 Alba placent his, nigra illis, pars miscet utrumque;
 Hic cinere, hic pullo rustica membra fovet.
 Pars lucos et densa tenent spelaea ferarum,
 65 Urbes consilio pars meliore colunt.
 Dissimiles cultu, incesso, tamen omnibus idem
 Ingenium; ante pedes omnibus una via est.
 Quae via sit quares? hominum rerumque potiri,
 Utque deo placeant ocia longa pati.
- 45-103. Versi omissi in B: 47. *Deficit* Ra: 48. *incassum* Ra¹ 50. *reviserit*
 Ra¹ 51-52. *Sunt fides hanc potiri, dimittat fronte colentes*, *Corda tamen gerunt, praedilia*
mitte dedit Ra¹ 53-58. Versi omissi anche in Ra¹
47. Il presente *Deficit* espresso da Ra¹ non bene si accorda con il futuro *volet*, e va inteso pertanto come un refuso tipografico 57. *rerumque potiri*: cf. *Luca.*, *De rer. nat.* II, 13: « ad summas emergere opes rerumque potiri »

- 70 *Examines visu formae; letumque laboremque*
 Ora ferunt, humili lumina fixa solo.
 Obtorta cervicis manus ad sidera tollunt;
 Cumque manu, mirum, corpus inane volat.
 Dant sterili sobolem, dant fumum cernere caeco;
 Surdo aures patulas, currere loripedi.
 75 Plenus aqua siccatur hydrops: quid? bella quiescunt,
 Terra volat, media sistit vertigine caelum,
 Aeternamque tenent aequora vasta fidem.
 80 Quae quibus anteferam? securi ad sidera vecti,
 Terribili rapiunt tela trisulca Iovi.
 Artibus his clari caeco dominantur in orbe
 Exercentque suis cuncta cupidinibus.
 Sacra profanantur, nec divum parcurit ulli;
 85 Sola placent ventris comoda, sola Venus.
 Seu sors dira tulit, seu quid peccavimus, ultro
 Cedimus et taciti servitium patimur.
 Quis meritis tantis sceleratam clausurit arcam
 Impius? aut quas non fundat avarus opes?
 90 Sit bene nupta viro quae non det foemina noctem,
 Quaeve neget virgo gaudia, quaeve puer?
 Nec precibus dignantur opes thalamosque iugales
 Diripere. Hoc placuit, sunt placita imperium.
 Di, quorum in terris veneratorum iussa, quid istis
 Seu fas, sive nefas, quae volvere licent?
 95 Vix vobis licuit tantum. Num sors nova caeli
 Dividit imperium? dicite, scire iuvat.

70. *Ore* Ra¹ 71. *sidera tendunt* Ra¹ 72. *Sed formam placuit, sunt placita imperium* Ra¹ 73-98. Versi omissi aetate in Ra¹

71. *sidera tendunt* N 80. *Josi* N

71. Per la sostituzione di *tendunt* di N e delle stampe con la lez. *tollunt* attestata da N¹, cfr. *Criteri di edizione*, n. 112. 72. *formam* di Ra¹ va emendato in *forma*, in quanto l'acc. non potrebbe essere retto dal verbo *intransitivo placere*, a cui per di più mancherebbe il soggetto 89-90. Lontani echi per il tono vagamente sensuale dei versi di Cat., *Carm.* LXI, 151-152: « Nuptae, tu quoque, quae tuus / vir petet, cave ne neget »

Arbitrium dedimus, dabimus quoque thura, nec unquam
 Colla recusabunt exitiale iugum.

Iam omnes detexi fraudes, iam perfida nosti

Consilia. Una salus, Cynthia, parce oculis.

Heu, fuge, conclamant omnes, fuge gentis iniquae

Occursum et formam si potes, abde tuam:

Multum forma nocet; nimium placuisse nocebit.

Si sapias, o sapias, ne videre cave.

Sic astus — modo fata sinant — turbaeque salacis

Inguina vitabis, sic ego laetus ero.

O mihi post scopulos si te nunc forte timendis

Fraudibus creptam nuntia fama ferat!

Quas referam caelo grates? quae vota rependam?

Quando aliter nequeo, carmina laeta dabo:

Carminibus iungam flores longumque legenda

Pendebunt sacro marmore picta loco:

Tiyrus ob praeservatam sorte unica amicum

Testem animi hunc lapidem gratus amans posuit.

100

105

110

99. *En tales detexi* Ra¹; *en perfida* Ra¹ 101. *Elbs* Ra² 105-106. Versi omissi nelle stampe 107. *timendus* Ra¹ 108. *Fluvis* Ra¹ 110. *nequam* Ra¹ 111. *Carminibusque addam flores* B¹ 112. *Pendebit sacro picta tabella loco* Ra¹, *Pendebit sacro picta tabella tholo* B¹ 113-114. *Sacro Iovi ob dira servatam sorte puellam / Tiyrus hanc posuit munera gratus amans &*

112. *Pendebit sacro picta tabella loco* N 113-114. I due versi figurano verpati su N¹ e N (in N con la variante *hanc tabulam* in luogo di *hunc lapidem*) in calce all'edizione come 'ipotesi' correttiva dei versi a testo coincidenti con quelli registrati dalle stampe,

112. Per la sostituzione del verso attestato dalle stampe e da N con quello esibito da N¹, cfr. *Criteri di edizione*, n. 112: la *picta tabella* delle stampe e di N richiama come immagine Hor., *Carm.* I, V, 13 sgg. 113-114. Per la sostituzione della lez. di N, *hanc tabulam*, con quella espressa da N¹ e per le varianti registrate da N e N¹ cfr. *Intra-dictions*, pp. 66, 91 e 95.

Ad Ponticum sodalem

- Fabula sum trivius — memini tu saepe monedas,
 Pontice — et ignava lactus in urbe iocus.
 Fabula sum trivius, scimus, nec scire pigebit,
 Nec pudet incepti, dum mea vota sequar.
 Sive forum colimus, seu molles Crathidis auras
 Carpinus auriferi, seu Iovis ara placet,
 Signamur digito nostrumque extollere crimen
 Audimus: cauo vertice Pyrrhus amat.
 Quid si me scirent germani caede cruentum
 Templaque sacrilega diripuisse manu?
 Paedicat Rufus — nec fallit fama — nepotem;
 Irrumat Androphilus praetor patiturque vicissim;
 Quis scelus Androphili turpius esse neget?
 Pyrrhus amat, certe non nigro vertice, quidni?
 Num pueris Veneris gaudia nosse licet?
 Canus erat curvusque senex, cum Teius arsit
 Vates et nivae non vetuere comae.
 Calvus erat calvus longique Propertius acvi;
 Viderat undenas Gallus Olympiadas
 Et sensere faces caecique Cupidinis arcus,
 Nec fama est tantos erubuisse senes.
 Nos quoque saevus amor longaevis ignibus urget;
 Altius et firmo pectore vulnus alit.
 25 Nos quoque convivas voluit veneranda Dione
 Et placuit pueris inseruisse senes.
 Scilicet ad mensam juvenesque senesque vocamur;
 Qui nimum esuriet, plus edat ille licet.
 30 Dena puer, vix bina senex tu fercula sumes:
 Quis doleat venter? surgit uterque satur.
2. et *ingens turpis* α 11-14. Versi omessi in Ra¹ 20. *Olympiades* Ra¹ 27.
 vocantur Ra¹
2. lactus N] turpis, turpis N¹; iocus N 7. *Signamur* N

1. Per *Fabula sum trivius* cfr. Hor., *Epod.* XI, 7-8; Ov., *Amor.* III 1, 21; F. Petr., *Fam.* X 3, 21 7. Cfr. *Introduzione*, p. 31, n. 45.

Tu properas juvenis: nos lenti ad poma venimus;
 Quid mora lenta nocet, si mora dulcis erit?

- O quoties properans icinum linquis amicam,
 Frigida quae nondum dulce peregit opus!
 Cur soli rapitis quod erat commune duobus?
 Quis furor hospitis fallere iura docet?
 Quid, quod saepe famas foedam consumere caenam
 Iussit et ad vctitas accubuisse dapes?
 O quoties monui, caveas male cauta iuventus:
 Fallit imago boni, pocula amara bibes!
 Pocula amara quidem novitque tulitque verendum
 Supplicium longo tempore venter edax.
 At lacero videor sera ratione pudori
 Consulere. Innocuos detege, Musa, iocos!
 45 Naso magister, abi vivendo discitur; artem
 Longa aetas docuit; nil opus arte tua est.
 Novimus in turba faciles durasque puellas:
 Quae precibus rigeat, quaeque rogata volet.
 Quam titulis flectam — est titulis quae vana superbit —
 Qua crebro potiar munere, quave dolo.
 Quam stabilem dominam, quam vix libemus amicam,
 Quis sit quaerendus, quis fugiendus amor.
 Sunt quibus alba placet: mihi certe fusca placebit.
 Concumbit melius et magis apta ioco est.
 55 Marmoream dices albam, nec motibus urget
 Inguina, nec blanda voce invabit opus.
 Quam vere innocuam, quam bruma elegeris horam:
 Qua vir parte tori, quave puella cubet;
 Num taceat nimum diductis cruribus an non:
 Quo satis emineat vallis opaca modo.
 60 Cui femur imponas femori, quas sugere prosit
 Mammās, quae reddas oscula quae capias.

33-36. Versi omessi in Ra¹ 41. *novitque* Ra¹ 42. Con questo verso termina l'elegia in Ra¹

61. Cui femur imponas femori, quas sugere prosit (con *prosit* che segue *mammās* cass.) N] *Quo properans placens dominice, quo tempore segnis* 62. *Mammās* (preposto in interlinea a *Prosit* cass.) N] *Mollia*; reddas N] *carbas*; capias N] *quaeque debis* (di *quaeque* cass. solo il *que* finale)

- 65 Cum retinenda tibi, cum sit properanda voluptas,
 Ut bene solvatur ludus uterque simul.
 Quid si festinans foedus superingruat imber?
 Trudere num fas sit per vada nota ratem?
 O caveas, caveas limoso gurgite mergi;
 Mundius aversa parte fruare licet.
- 70 Hunc teneri cupiunt animi, innuptaeque puellae:
 Est quem nupta iuvet, quem viduata viro.
 Nos equidem haeremus; tantam decidere litem
 Quis poterit? coeprum quisque sequatur iter.
 Difficile est nuptae castos corrumpere mores:
 Numquam ieiuna est; quod cupit intus habet.
- 75 Si vinces, non tu, sed multum vicerit aurum.
 Hinc odi: ut tandem discet amare placet.
 Plena timoris erunt quae praebet gaudia virgo;
 Heu, si maturo tempore concipiat!
 Paenituit quoties? quoties timor ille coëgit
 Quae coluisti intus arva, foris serere?
- 80 Cara mihi ante alias, cui laetae in flore iuventae
 Sors dedit annosum deseruisse virum.
 Acrior insurgit cinerisque oblita mariti,
 Instaurare cupit qui periere dies.
- 85 Tutum praebet iter, nec noctem vendere novit;
 Singula si poscet munera, bina dabit.
 Quid si alvus tumeat? medicato pulvere pondus
 Ponere scit vetitum, si libet, et parere.

63. Cum retinenda tibi, cum sit properanda N] *Saepe exoranda est saepe properanda est saepe* 65. festinans N] *praepropere* 66. Trudere N] *Nim licet (sottoscritto)*; num fas sit N] *num licet* 72. sequatur N] *tenebit, tembit N*; 75. vicerit N, con -i sic. su una preced. -s 80. intus N] *interius*.

66. Cf. *Criteria di edizioni*, pp. 97-98, n. 119 69. Per l'espressione *innuptaeque puellae* cfr. 5, 23.

D) EPIGRAMMATA

7

Medicus captus amore Lillae aegrotantis

- Ardet Lilla febri, medicus Lillae ardet amore:
 Aeger uterque sibi pharmaca danda petit.
 Ambo iuvant sese natura, ac arte vicissim:
 Dat quod habet medicus Lillaque dat quod habet;
 5 Naturam sic Lilla offert medicusque dat artem.
 Sic bene tam medicus quam bene Lilla valet.

8

Ad idem

- Lilla calore febris, medicus sic fervet amoris,
 Alteriusque malum pellere uterque valet;
 Sed quia Lilla negat medici dare pharmaca morbo,
 Dat medicus Lillae dira venena febrim.
 5 Sic medicus, sic Lilla cadit, sic sternit utrumque
 Quod male dat medicus, quod bene Lilla negat.

Titolo. In B¹, ove manca il precedente epigramma, il titolo è riprodotto per esteso: *Medicus captus amore Lillae aegrotantis*, menore Ra¹, con una differenza onomastica, registra: *Medicus ... Nissae aegrotantis* 1. *Nissae Ra¹* 4. *Nissae Ra¹* 5. *Nissa cadit Ra¹* 6. *Nissa negat Ra¹*.

6. negat N] *cadit*.

9

In Magdala

- Magdala, dum caelebs nullique obstricta maneres,
 Dumque futuri basia tuta dabas,
 Vixisti populo et nobis non vilis, et ingens
 Sedimus ante fores sub Iove turba procum.

- 5 Ast ubi tabificis haesisti insana Myconis
 Inguinibus posthac, Magdala, vive tibi.
 Non tutum linquemus iter; lateat anguis in herba,
 Laeta venenavit pabula verpa nocens.
 10 Iam tristis podagra et scabics, iam saeva parauit
 Ulcera, iam fiet pallidus omnis amans.
 Concidet et turpi nomine gallus ero.
 Nolo meas mutare vices; mihi mentula vivat.
 Tanti non emeris, Magdala, vive tibi.

10

In Rufum

- Tabuit Andromachae cunus post verbera Rufi.
 O mea quid facies mentula? iam esuries.
 Est alius, dices, aversa valle recessus,
 Illic commodius delituisse iuvat.
 5 Falleris, et vana pruriis tentigine. Rufus,
 Rufus, si nescis, ingeniosus homo est.
 Quod superest, inquis, faciam; pleno ore tacebit.
 Os quoque foedavit spurca salivi viri.
 Di male te perdant, infamis mentula Rufi:
 10 Quae tria sunt Veneris gaudia sola rapis.

11

Iocus ad Fabium

- Saeve Fabi nostram futuis, nec reddis amicam;
 Scis bene: non belle nomina magna refers.

2. Scis bene N Nⁱ.

2. Decisamente inaccettabile è la lez. di N ed Nⁱ *bere*, perché incedente al contesto e priva di connessione temporale con il presente *refers*; assai probabile risulta, pertanto, l'ipotesi di un errore di trascrizione, nato dall'equivoco dell'iniziale - *b* con la lettera - *h* (cfr. altresì *Introduzione*, p. 33).

Maximus ille olim cunctando restituit rem;
 Cunctatis tu ne Phyllida restituas.

3. Cfr. *VERG.*, *Aen.* VI, 845-846: « Quo fessum rapitis, Fabii? tun Maximus ille es, / unus qui nobis cunctando restituis rem? ».

12

Ad Lycorin

- Promisi coenam, dedimus iam; teque, Lycorti,
 Non iniucundo excepimus hospitio.
 Tu tamen insultans quereris icinia cunni
 Et nostram in triviis carpis avaritiam.
 5 Ostrea, sumen, aprum, boletos emimus; ultra,
 Lux mea, quid potui? mentula non emitur.

1. *fam* N 2. *injucundo* N 3. *fejonia* N.

Efferor in tumulum; quid rides, perfida? nostras
 Lusisti flammam, ludis adhuc cineres.

Nil est cur ludas. Sic vestram fugimus iram,
 Collaque atroci subduximus imperio.

- 5 Excruciabar amans; tandem levis umbra quiescam,
 Nec tibi post cineres, impia, lusus ero.

De *Cynthia usta pedem*Ad *Cypriam*

Cypria, num nostros tandem miserata dolores

 Igne morare pedem? ah, sic quoque saeva fugit:

Num toties gelidis animos domitura superbos

 Fidis adhuc facibus? nunc quoque despiciamur.

Si pietas spretaeque movent iniuria flammae,

 Ut fuer, ut poenas det tibi, corda feri.

5

Titolo. In D. *Ad Ventrem* in luogo di *Ad Cypriam*, mentre in Ra: *De eadem* 3-4.
 Num *flammis animam gelidas* domitura *puellae* / Fidis adhuc? *miseri* ah, sic quoque despi-
 cinur α 5. iniuria *formae* α 6. corde *precor* Ra¹.

15

De *vetula nupta puero*

Nupsisti tandem! laetamur, Gellia, quidni?

 Est tibi sponsus amans et puer et locuples.

Iam bene caenabis; dominam te verna salutat,

 Frigida iam pridem purpura membra fovet.

Pauper eras, iam dives eris; sat cuncta parasti.

 Quid faciet cunus Gellia? mentula ubi est?

Quid Tyriae prosunt vestes? quid prandia cunno?

 Laeta quid arvorum iugera? vult futui.

Si sapis, argentum, servos, armenta mariti

 Possideas; verpam, Gellia, quaere aliam.

10

4. iam *pridem* Ra¹ 5-6 dives, *ebula*, *etisioque* *vebaris*: / O, *meminisse velim*, Gellia,
 quae *juenas*! Ra¹ 7-10. Versi omessi in Ra¹.

Ad *Marcum*

Quod tibi mittit ager vicinis, Marce, profundis;

 Blanda sed uxoris basia solus habes.

Semper eris pauper, si hic rerum manserit ordo;

 Perge salutare, Marce, subire vices.

Res angusta domi est, parvo rurc utere solus;

 Coniuge, quae nimia est, utere cum populo.

5

1. Su N -*od* di *Quos* è sic. su un proced. dittongo -*ae* 6. nimia N] multa.

17

De *Fulvia Tusca ad Priscum*

Fulvia cum steriles bisseos egerit annos,

 Cumque viro non stet mentula, parturit.

Vir thalamo imbellis, praepollens inguina verna est;

 Quem credis pucto, Prisce, fuisse patrem?

18

Ad *annicum mutoniatum*

Paedicas, futuo; futuis, paedico, Sabcllc:

 Causa fuit nostri mentula dissidii.

Non equidem belle Venerem sectamur eandem;

 Est tibi praegrandis verpa, pusilla mihi.

Post tua lascivas ludet mea spicula formix;

 Qui, rogo, punget acus, si prius hasta ferit?

5

6. si N] quem.